

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Inimicicia a
cum uariis

Ea elemosyna nichil est maius, qua ex corde dimittimus, quod in nos quisque peccauit. Minus ergo bonum est erga eum esse beniuolum siue eciam beneficum, qui tibi nichil mali fecit. Illud multo grandius et manifestissime bonitatis est, ut tuum quoque inimicum diligas, et qui tibi malum uult et si potest facit, tu semper bonum uelis faciasque quod possis.

Augustinus in encheridion.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

ea elemosyna] elemosyna ea (*cor. infra*) B; qua] quam quod P V¹ V² L¹ L²; ergo] igitur P V¹ V² L¹ L²; siue eciam beneficum *om.* P V¹ V² L¹ L²; semper] ei *add.* P V¹ V² L¹ L²; encheridion] idem *add.* M